

Series ordinum semper e papillis mamillaribus constare, si utraque species, id est, simplicium etiam ad huc, solum minus quinque internis apophysibus pulcherrime instructus. Horum Echinorum Cortices interni crustacei tenuissimi facies, ut futura, articulationesque apparent cum apophysi minima, concava, et arcuata.

Echinus marinus ovariformis ovalis.

170. Echinus marinus ovariformis ovalis mediocris, tus albus, in basi reliquis apophysium internarum adhuc perceptibilibus. Hic notandum, quod foraminula futurarum optime dignoscantur per cortices Echinorum crustaceos lamelli oppositos, praesertim si per foramen bases observentur.

Echinus ovariformis.

171. Echinus ovariformis Hispania compressi basi plana, vertice peragono obtuso, et totidem sulculis levioribus donato, alternatim positis, foramine in summitate rotundo, ac fimbriato, papillis sine dubio, ut in reliquis, quae tamen non tam clare in laevibus conspicuntur, nec tam perfecte conservantur, ac in naturalibus, et adhuc crustaceis.

Echini marini ovarioidei.

172. Echini marini ovarioidei sunt Echini marini rotundi basi plana, ac vertice hemisphaerico hemicyclo, tamen tantillum superante, et infus per papillis mamillaribus octo ordine dispositis quasi undique obliquis sine papillis maioribus scutalatis ad: Echini marini ovarioidei mediocres futuris e foraminulis tenuissimis in decem ordines papillarum mamillarum distincti, quorum quinque e duabus seriebus, reliqui vero e sept constant, alternatim positis, interstitia mamillarum papillis simplicibus occupantibus, variegati

ricgati